

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper, likely from an old book or manuscript. The left edge features a red binding material, possibly thread or cloth, which is visible as a series of small, dark, irregular marks. The right edge has several dark, horizontal ink marks, which appear to be bleed-through from the reverse side of the page. The paper itself shows signs of wear, including creases and discoloration.

卷之三

Hann. die leichten 3 Brüder

(= 44) 1) Sanderius, Johannaes da

Sphaerium apud certiorum.

(Leipzig: Dr. Albrecht Capellanus, 1485-1489)

Hain 14 215

BMB. II, L. 636.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vesimus, Maffeiis (nicht: Vitruvius?)

De veritate et phalsa lettha  
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain 14 943

BMB. II, L. 632

3. Tobullus Altimus:

L. 8

(= 46) Elegia de amore et amitib[us] illius et eius  
Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach Hain S. 27

# EPITHALAMION SCRIPTVM PVDICAE VIRGI-

ni Annæ, Filiæ uiri honesti Vandalini Kel-  
neri ciuis Dessa, & Sponso uiro hone-  
sto Urbano Ottoni Questori Illustrissi-  
morum Principum Anhaldinorum,  
Comitum Alcaniæ, dominorum  
in Seruesta & Bernburg, Ca-  
roli, Ioachimi Ernesti,  
& Bernhardi.

## AUTORE

M. Petro Enidoro, docente Euan-  
gelium in oppido Dessa.

1558.



VVITEBERGAE,

37



EPITHALAMION SCRIP-  
ptum pudicæ Virgini Annæ Filiæ  
uiri honesti Vandalini Kel-  
neri, ciuis Duffani, etc.

Ergo maritali crines Vrbane corona  
Cincte, Cupidinei militis arma capis.  
Nec fugis Idalij conflictus murmur & iram  
Corde metu pulso, fortis & acer adis.  
Sæpe tulit, uitæ uirtus animosa salutem  
Audendum est, timidis gloria nulla uenit.  
Proposita lucri spe, fers quemcunq; laborem,  
Vincis, & in parto uictor honore manes.  
Tantus honor casu non de mortalibus ulli  
Contigit, aut aliqua nobilis arte uiri.  
Sed placido nutu, sumiç; fauore parentis,  
Cuius ab immensa quicquid habemus ope.

IN noua Melpomene sacras fer gaudia ui  
Sponsa quibus possit, sponsus & ipse, legi.  
Iungitur Vrbano Ottoni iam nubilis Anna,  
Filia Celleri, uotaq; longa replet.  
Sponsus ouat licito sponsæ perfusus amore  
Tam sibi præsentem gaudet & esse Deum  
Et merito: quid enim tot passis ante repulsam  
Dignior & potior, iubila nulla sonet.  
O quoties habita prece suspirauerat horam,  
Quæ desiderio spemq; modumq; ferat.  
A ij Attulit

Attulit hanc tandem roseo Pallantias ore,  
Læticiæq; piæ tempus alacre dedit.  
Ducitur in thalamum dilectas sponsa sub ulnas,  
In quibus est longis sæpe tenenda moris.  
Huc Hymenæe ueni face pectora tange duorum,  
Mutuus inter eos semper ut extet amor.  
Adsis officio præsens hac nocte, replebit  
Craeftina lux addens cætera, dante Deo.  
Sed quid ago: clangunt litui populumq; uocatū,  
Rite celebrandis rebus adisse monent.  
Cernitur Attalico uestita frequentia cultu,  
Quo fuit, hesternum rursus adisse locum.  
I comes in templum sposo generosa iuuentus.  
In pede spectetur splendidus ordo senum.  
Te quoq; sponsa tuo cum coetu confer in ædem,  
Vtiliter uerbis instituenda Dei.  
Sumet ab hoc uires, populo præsente peractum  
Fœdus, & haud ulli dissoluenda fides.  
Ite pedem sacris inferte, Deumq; uocate,  
Ut noua coniugij uincula firma liget.  
Gaudet enim precibus diuina potentia flecti:  
Coniugij custos uult Deus esse pñ.  
Mente pia condat iussa auditurus ad aram,  
Et summo studio discat uterq; sequi.

Estis

**E**stis enim ingressi genus omne laude ferendum;  
Quo sine uix dici uita beata potest.  
**C**uiq; suus dabitur nullo uiolabilis astu  
Mos pius, unde piē uiuere quisq; queat.  
**D**iligat uxorem uir, & uxor honesta maritum.  
Diligit electum CHRISTVS ut ipse gregem  
**V**na mouens operam quæuis ad agenda uoluntas  
Quæ res aduersas quæq; secunda ferat.  
Alter in alterius properet solatia duris  
Rebus, ita apparet conspiciendus amor  
His ita finitis: sacro decedite templo,  
Et placidi dictæ limen inite domus.  
Appositi lautæ Cereri (quia tempus edendi)  
Arceat orato numine quisq; famem,  
Este bonis animis, hilarem gustate Lyæum:  
Non aliter peragi gaudia tanta queunt.  
Consulite in melius, si quid male forte paratum:  
Non satis est omni prouida cura rei.  
Soluite cœlesti Domino pro munere grates,  
Cordibus expulso dulcis amore cibi.  
Surgite saltatum saturi, mensisq; relictis,  
Omnia læticiæ uoce replete loca,  
O iuuenes iuncti consueto more puellis  
Ducite, dulce melos ære sonante, choros.

A ij Hoa

Hoc exercitio transmittite tempus honeste:  
Oderunt ludos nostra theatra malos.  
**C**um socia prodit pulcherrimus Otto maritus,  
Et cito in numerum præuius agmen agit.  
**I**ncitat æquales eadem sub iura uocandos,  
Mundus ut exemplo crescat ubiqꝫ suo.  
**C**rescat & augendi cœlestis gloria regni:  
Quæ nisi coniugij crescere flore nequit.  
**A**pta quidem facies, ueniensqꝫ statura puellis  
Omnibus & uaria cultus amictus acu.  
**A**t thalami concors habitu magis apta decoro;  
Suaue suis malis ut rosa uerna rubet.  
**C**æsaries auro, ceruix niue lucida uultus  
Liber, & in nitida fronte serenus honor.  
**L**una uelut stellas cum toto fulget in orbe,  
Virgineum uincit sic noua nupta chorum  
**H**uius in aspectu iuuenis defixus inhæret,  
Et stupet, & gemitus pectore mille trahit.  
**A**n similem possit reperire indagine mentis  
Quærit, an humanis par sit imago genis  
**R**es fragilis forma est, ornamentumqꝫ caducum  
Quid bona sit uirtus prouida sponsa uidet.  
**C**asta suos mores sine labe tuetur, & ornat  
Affidua ueri religione Dei.

Fit

Fit quoties uerbi cœlestis contio, præsens  
Auribus attentis conspicienda sedet.  
Quemq; fauore suæ rapit in præconia uitæ,  
Pura suo nullum pectore uirus alit.  
Dotibus his animi excultis præstantibus artem  
Addidit, ingenio pluris habenda suo.  
A teneris didicit percurrere pectine telas:  
Pingere acu, & niuea ducere fila manu.  
Quicquid in officio muliebris cura requirit,  
Callet, & in pingui flamma regenda foco:  
Floret honore Dei, floret reuerenter & annis,  
Egit enim primos in pietate dies  
Edita Vuendlino Cellero patre benigno,  
Et docto, scriba dux IOACHIME tuo.  
Non sine laude domum Dessaña præses in arce  
Rexit is, at mortem non potuit regere.  
Morte uiri mater doluit, solatia reddit  
Nunc generi uirtus magna fidesq; pijs.  
Nobilis hic fieri studijs incepit honestis,  
Expediens umbræ, secq; suumq; genus.  
Intulit & lumen patriæ, quæ Peltia dicta,  
Iudicio legum maxima, parua situ.  
Clausæ Valentini genitoris consulis ossa  
Sub tumulo in templo, condita rite dedit.

A iijj Saxo

Saxo suæ gentis fortis imitatur alumnos,  
Bis senos menses castra secutus eques.  
Diues opum diues magnarum munere laudum,  
Consilij, sapiens, indigus esse nequit.  
Tollit amor sensus, sed in ipso cautus amore,  
Quæ sibi sint decori, dedecoriue uidet:  
Integer illustris uitæ. morumq; honorum,  
Natura mitis, uir pietate & grauis,

Prouidus & felix in agendis rebus inertem  
Non agit Aegistum, desidiæue uirum.  
Tutus ab insultu Rhamnusidos auspice Christo,  
Munus egens acri sedulitate gerit.  
Quæstor Anhaldinus priscæ uirtutis in aula,  
Annua Seruestæ colligit æra ducum.  
Ascaniæ gentis Laus antiquissima, & ortus,  
Scitur, ab innumeris fama resulget auis.  
Proximus his Princeps Wolfgangus rebus, & an  
Dulcis adhuc uitæ nobile tempus agit. (nis,  
Præsticit heroem uirtute forisq; domiq;  
Se Iuuenis, iuuenum solus ubiq; decus  
Iam SENior complens laudem pietatis honore,  
Ocia Bernburgi cœlitus orta tenet.  
Et pius & clemens Princeps Ioachimus in omnes  
Detinet auxilio fata replenda Dei.

Mirus

Mirus in ornandis est ædibus autor, & addit  
Fautor opem, ut nutu res eat acta suo  
Illiū impulsu & præclaro munere Dessa  
Conditur, & nomen nobilis nrbis habet.  
Principe de misso ad superos IOanne supersunt  
Tres Domini, tanti Principis arce genus.  
Maximus inter eos natu genialia sacra  
Fecit, & hæc pura mente colenda colit.  
Pacis amans gaudet curare domestica Princeps  
CAROLVS & rerum ferre decenter onus.  
In sua Mars medium duxit procul horrida castra  
Iuracq; militiæ Principe digna docet.  
Et uarias tentare uices, galeæcq; laborem  
Ferre, uel horrifonas hostis adire minas.  
Dij celebrem bello referant, & laude triumphi  
ERNEstum pulso Cæsar is hoste, domum.  
Sed minimum auelli patriæ complexibus aræ,  
Non sinit ætatis flos, animiq; uigor.  
Dante Deo, hic etiā Princeps Bernhardus auita  
Indole, magnificum tollet in astra caput.  
Sed moror, & longis ambagibus extraho sponsi  
Gaudia, iam sero lumine uesper adest.  
Noctis eunt tenebræ, portatur & ignea tæda,  
Tæda per obscuram concutienda domum.


Nunc

Nunc Hymenæe ueni, fructu potiantur amantes,  
Non alet hos ultro spes, sed honestus amor.  
Rumpe moras animum satis oblectata choreis,  
Et sequere ostensam numine, sponsa uiam.  
Quid gemis & hanc legem dat castis mentib[us] ipse  
Conditor æternus nil nisi recta uolens.  
Non uiduæ uitis delectat pampinus ullum.  
Nec rosa secreti cespite nata loci.  
Perge, toro sponsus residens ades Annula clamat,  
Annula solamen sæpe futura ueni.  
Tradite poscenti Sponsam, quid uota tenetis ?  
Iunxit enim mater, iunxit & ipse Deus.  
Ambo Pares animis & honestis moribus ambo.  
Legitimo iuncti iure, uacate preci.  
Et petite æternæ laudis super omnia regem,  
Ut pia cœpta, suo numine, uestra regat.  
Nec renuat pacem, qua natus amabilis hæres,  
Mulceat arrisu tristia corda suo.  
Eueniant uobis hæc: Et mea uota ualebunt  
In quibus addictæ uocis habebo fidem.  
Coniugio à uestro procul illætabilis ira,  
Et fera lis cedant, cedat & omne malum.  
Huc ades e cælo Pater antiquissime rerum  
Ferq[ue] preces, Patrio dignus honore coli.  
Da

**D**a pia fama tui per & hæc connubia sancti  
Nominis, æterno clareat aucta die.  
**N**ec nisi quærantur coelestis præmia regni,  
Sit tua mens omni conciliata loco.  
**N**on sine deficiant uitæ quibus indiget usus,  
Vulnera peccatis facta coire sine,  
**I**nsidiatoris Satanae depelle furorem,  
Vimq; malam, nostri iura tuere Patris.  
**V**ota ualere dedit Pater, annuit omne fausto,  
Omine felices efficiente dies  
**D**esine Melpomene, satis est, Helicona requiras.  
**O**tto Abrahæ uitam transfigat Anna Saræ:

Laus Deo.

Seruat CHRISTVS ubiq; suos.





Fa 1388,  
80



100



101

101

101

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr  
guter und schöner  
Gedicht*

101.

101.

101.

101.

101.

101.

101.

101.

# Farbkarte #13



# ALAMION PVDICAE VIRGI-

ri honesti Vandalini Kel-  
hi, & Sponso uiro hone=  
toni Quæstori Illustrissi-  
cipum Anhaldinorum,  
Alcaniæ, dominorum  
a & Bernburg, Ca=  
achimi Ernesti,  
& Bernhardi.

VTORE  
idoro, docente Euan-  
in oppido Dessa.

1558.



TEBERGAE.

37